

luce vigilo. Et quia dñs sic diebo et noctibus tunc
p̄cipue laborauit. ideo tota illa septimana per
nos dicitur. q̄ p̄ totam illā laborauit recrean
do. sicut p̄ primā mūdi ebdomadā opatus ē cre
ando. Et q̄ una septimana cūcta creauit. mul
to labore hac septimana hominē refecit. **Unde**
Beda. Que verbis p̄cipit dñs: suis confirmat
exēplis. Nā qui nos añ repētū iudicij vniuer
salis aduentū. añ incertū singulorū n̄m exitū
delictis simul et curis huius vite neglectis. ad
vigilādū hortat et orandū. et ip̄e impēdente sue
tpe passionis. doctrine. vigilisq; et p̄ci v̄ instat
p̄ter et exemplo. insinuās hoc esse digne deo vi
gilare. dicto vel facto primis quibusq; v̄a veri
tatis ostēdere. et eos p̄ quib; passurus erat. vel
verbo ad fidē puocans. v̄l p̄i oīone p̄mendās.
Et nos q̄ cum inter p̄spera sobrie et iuste et pie
cōuersamur. inter aduersa dñi nunq̄ de diuine
miscōie celsitudine desamur. diebo p̄fecto cun
ctis in tēplo docemus. et fidelib; opis boni for
mā p̄bemus. noctibus dñi in mōte oliueti mora
mur. q̄ in tenebris angustiarū gaudij spūalis
cōsolatione respiramus. iuxta eū qui dī. it. ego
sūt sicut oliua fructifera in domo dñi. speraui
in miscōia dei mei. i. sicut is qui miscōie fructus
quib; voluit impēdit: ei a dño miserentū esse n̄
ambigo. Et ad nos q̄ audientes oīia populus
manicat. cū vel discussis opib; tenebrarū. vel
euctis dei grā nebulis p̄surat. sicut in die bo
nestē ambulātes. nō in p̄messatōnib; et ebrieta
tibus nos filij lucis imitant. **Dec Beda. Oratio.**

Deus omnipotēs. presta mibi paup̄i tibi
terelicto. ut duo minuta. i. corp⁹ et aīaz
que de te habeo. tibi cū deuotione offe
ram. ut utroq; tibi frui et placere valeā. Mise
rere supplici tuo. q̄ nō sum sicut inumeri serui
tuo iusticie merito gl̄iosi. velub etiā multi post
flagitia penitēdo tibi facti d̄uotī. **O deus p̄piti⁹**
esto mibi p̄fiori. et respice me oculis miscōie.
quib; publicanū respexisti. ut per verā cordis.
oris. et opis humilitatē. corā te merear iustifi
cari. et cum hominib; exaltari. **Amen.**

De maledictione ficulnee. et grano frumenti.
Capitulum. XXXI.

Equēti autē die. scilicet
feria secunda. itē p̄ mane et dilucu
lo exiens ihs a bethania et rediens
in bērlm. esurit fm̄ suspitōnem dī
scipulorū. eo q̄ ad arborē accessit. **Abi nota mo**
rem studiosi opatoris. dum b̄r mane reuertisse
in ciuitatem ut p̄dicaret. et ut aliq̄s deo patri
acquireret. **Esurit autē nō quasi homo indigēs**
cibū corpalem. s̄ q̄ deus misericors humanaz
salutē. **Et ista esuries naturalis non fuit.** q̄ in
fero p̄cedenti p̄mebat. nec adhuc hora p̄medē
bi erat: sed sicut maledictō arboris de q̄ subdiē
figurabat maledictōem infructuosi. sic ista esu
ries significabat desiderij xpi de salute ppli. **Et**
iō adhuc mane esurit q̄ iusticiā esurit. **Et vidēs**
arborē fici inter bēthage et montē oliueti se
cus viā. accessit ad eā. et nullū in ea fructū nisi

em̄ folia inueniēs. maledixit ei: dicens. nūq̄ ex
te fructus nascat in sempiternū. et statī aruit
Elenit dñs ad ficulneā. nō causa inueniēdi fru
ctus quib; esuriens reficere. sciebat q̄ in mar
cio tps ficuū nō esset: s̄ abiuit p̄pter miraculū.
ut aplos ad fidē p̄firmaret. **Et fm̄ Cris.** Ma
ledixit dñs ficulnee. nō q̄ fructū in illa n̄ inue
nit. cū nō esset tēpus ficuū: sed discipulo p̄ grā
ut p̄sisterent. et ut discerēt q̄ possit etiā iudeos
p̄sequētes siccare. et in momētū exterminare.
Ideo neq; in alia planta. s̄ in oīm būdissima
miraculū hoc fecit. ut et hinc maius appareat
hoc miraculū. **Ad hoc em̄ dñs miraculū fecit.**
ut discipulos in fide solidaret. q̄ (ut ait **Dierio**)
dñs passurus in pplis. et baiulaturus scādaluz
crucis: voluit discipulorū animos signi antici
patōne firmare. **Qd̄ etiā in signum synagoge**
maledicte et arefacte ihs fecit. in q̄ fructus iu
sticie nō inuenit. **Arbor em̄ fici est synagoga.**
p̄pter multitudinē granorū sub vno cortice. i.
boīm sub vna lege. et vna p̄pter vniformitatem
ritus. q̄ secus viā erat. q̄ legē habebat: s̄ non
in via. q̄ nō credebatur in xpm qui ē via ad quā
venit p̄ p̄ntiam corpalem et p̄ doctrinā spūalem
Et nihil inuenit in ea. licet multū quesierit. ex
emplis doctrinis. signis et miraculis. nisi folia
id ē verba legis et traditōnes phariseorū absq;
vllis fructib; **Sancti em̄ hnt et folia verborū.**
et flores morū. et fructus opm̄. **Per talē etiam**
arborē virentē folijs et carentē fructib;. possūt
intelligi ypocrite. et simulati. exītes extra viā
iusticie. et nō in via positi p̄ simulatōem v̄cutū.
folijs circumdati: s̄ a fructu iusticie alieni. q̄
exteriorē appēntiaz s̄ctitatis hntes. interioris
sunt vacui ab opib; veritatis. et infructuosi. et
ideo a dño maledicti: sūt aridi et hūore deuor
tōnis p̄uati. **Et fm̄ Cris.** Folia veritatis sūt sp̄s
tīmoto s̄ctitatis in hoīe. aut sine fructu v̄ba
religiosa. **Quicūq; ē religiosus. i. arbor rōnabi**
bilis: p̄fiteē se esse dei. et iusticiā nō opatur: ē
arbor tīmoto folia hns sine fructu. **Sec⁹ viā**
autē est iuxta mundū. mūdus em̄ viā est p̄mu
nis. p̄ quā omnes transeūt qui nascūtur. **Qui**
cūq; ē homo fidelis. i. arbor rōnabilis. iuxta
mundū vixerit: nunq̄ p̄t in se iusticie fructus
tenere. **Transeūtes em̄ et retrāseūtes demōes**
vel mīstri ip̄orū per viā. i. vagantes p̄ mundū
istū: excutiūt eos. **Sicut ē difficile ē arborem**
iuxta viā positā fruct⁹ suos vsq; ad maturitatē
suare. sic difficile ē vīp̄ fidelem iuxta istū mun
dū viuētē. in ramis. i. in actib; suis iusticiā
immaculatā vsq; ad finē seruare. **Si vis ē fru**
ctus iusticie ad finē tenere. recede de viā. et plā
tare in loco secreto. ut nec mūdus tecū aliquid
hēat p̄mune. nec tu cū mūdo **Dec Cris.** **Cū**
itaq; esuriens dñs ficus q̄siuit aliquid aliud se
querere significauit. non em̄ ficus s̄ fide. neq;
fructus arboris: sed fruct⁹ opis q̄siuit. **Ex hoc**
ergo (fm̄ Bedam) patet. q̄ sicut dñs multa di
xit in pabolis. ita et fecit. **Cur em̄ in ficu fructū**
quereret cuius tps nōdūz esset. quilibet homo

et de principe mundi

sciret. et ob id eā eterne sterilitatis maledictio-
ne dāpnaret. qz plebem quā docebat verbo ter-
ruit factu. ne quis bñs folia. i. oba iusticie sine
fructu opm. mereatur excibi ⁊ in ignem pñci.
¶ **¶** Naqueq; em̃ arbor nō de floribz nō de folijs.
sed de fructu suo pgnoscat. Sic unusquisq; ho-
mo non de estimatōne fame vel s̃monis pom-
pa. sed de suaz testimonio pbat actionuz. **¶** Dec
aut̃ maledictō ficus maxime nobis timēda est.
qz folia. i. verba nō vertimus in opa. **¶** Jam em̃
securis ab radicē posita est. Et ingressus ih̃s in
ciuitatē. venit i templū fm suā psuetudinē. qz
semp locū dei visitare psuevit. et pñ exhibere
honorē. Erāt at̃ gentiles quidā ex his q̃ ascen-
derāt in hirlm. ut adorarēt in die festo. qz tēplū
p sui sc̃itate in reuerētia a gentilibz in circui-
tu iudeoz erat. et eius famositas ñ tm̃ latinos
et iudeos: s̃ etia gētiles trahēbat. ut de eunu-
cho cābacis regine patebat. **¶** Isti g̃ qui xp̃i mi-
racula audierant. iō eū uidere et eius doctrinā
audire volebāt. Et accesserūt ad philippū. qz vi-
debāt eum piū et māsuetū. et se nō reputabāt
bignos ut venirēt p seip̃os. et rogabāt eū: dicē-
tes. Dñe volumus ih̃m et saluatorē oīm vidē.
Et pgruēter ad philippū accesserūt pus. qz ip̃e
pus p̃bicauit gentibz. s. samaritanis. **¶** In his gē-
tilibz pfigurabat puerio gentiū per p̃bica-
tio- nem ap̃loz in pximo secutura. ⁊ q̃ gētes m̃i-
sterio eoz ad fidē puerse desiderēt ih̃m glifica-
tū in patria. **¶** Venit philippus et dixit andree. qz
andreas p̃mus xp̃i erat discipulus. ⁊ magis fa-
miliaris dño q̃ philippus. et etia qz philippus
p andrea puerus fuerat. et iō de psilio ⁊ auxi-
lio eius circa hoc agere volebat. **¶** In q̃ dāc no-
bis exēplū. om̃ia faciēdi de psilio maioz. **¶** An-
dreas rur̃s et philippus dixerunt ambo simul
hoc dño ih̃u tanq̃ sup̃iori. **¶** **M**istice philippus
qui os lāpabis bñ: signat veritatē. andreas at̃
virilis. que duo intellectū et affectū xp̃o addu-
cunt in puerione animaz. **¶** **I**hs t̃o audiens
deuotōnem gentiliū. qui iam erant dispositi ad
credendū. vidensq; eos properare ad fidē. et in-
telligens in eis quodāmodo inchoari gentium
puersionē. p̃nuntiauit sue passionis t̃ps imine-
re. post quā passionē imēdiate gētes erāt reci-
piēde: dicēs. **¶** Venit hora ut clarificet fili⁹ hoīs.
Quasi diceret. iudei nolūt credere. q̃s primum
volui lucrificare. plenitudo gentiū creditura ē
qz veniūt gētes ad credendū. quibz fili⁹ est cla-
rificābus. **¶** In passione quippe sua fuit fili⁹ cla-
rificatus. p signa oñsa. fuit etiā clarificatus in
sua resurrectione ⁊ ascēsiōne. **¶** Itemq; in gentiū
puersione. qz deitātē eius p̃stetur ubiq; **¶** **A**erū
tm̃ p pgruū ostendit exemplū. q̃ mors eius be-
beat puenire puerionē gentiliū: dicens. **¶** Nisi
granū frumenti cadens in terrā mortuū fuerit
ip̃m solū manet. qz nō facit fructus multipli-
catōnem nisi p sui corruptōnem. i. nisi ego mo-
riar: fructus puerionis gentiū nō sequet. **¶** Si
aut̃ mortuū fuerit multū fructum affert. i. me
mortuo per humanitatē: multiplicabit fides

Secūde partis. Capitu. xxi.

per gentium puerſionē. ac ſi expreſſe dixiſſet. **I**ſti gentiles qui mō volūt venire ad me p preſentiā corpalem. poſt mortē meā veniēt ad me p fidem. **I**pſe em̄ erat granū iaciendū in corpe terre p paſſionis hūilitatez. vñ meſſis copioſa debeat exurgere. **P**aſſio quippe xp̄i multū attulit fructū. ſ. fructū remiſſionis pcc̄ op. fructuz puerſionis gentiū. fructū glorie regni celozū. **E**t qz xp̄c ſe ppauit grano frumētī. mos ē eccleſie de hoc grano. ſ. tritico tñ ꝑſic̄ corꝑis xp̄i.

Moralit̄ homo in terra cabit. qñ p hūilitatē ſe deꝑmit: ſz eā n̄ cooꝑit. qñ vult hūilitatē ma- niſeſtari. et nō occultari. et talis hūilitas non fructificat. ſz qñ talis hūilis vult q hūilitas la- teat tūc fructificat. **A**b hoc em̄ q granuz fru- mētī fructificet nō ſufficit q in terraz cabit. ſz op̄et q agricola ip̄m cooꝑiat. **P**reſcit etiam xp̄c ſuā paſſionē et eius fructū. vt vidētes mor- rientē nō ideo pbant fidē. et ex paſſione nō ter- reātur. ſz magis imitē. qm̄ op̄et nos imi- tari eū. qui reliquit nobis exempla vt ſeq̄mur ip̄m. **U**n̄ p̄nter diſcipulos et om̄es exhortat̄ ab paſſionis ſue ſectanda veſtigia: dicēs. **Q**ui amat aīam. i. vitā ſuā. ſ. in hoc mūdo q ad bo- na mūdāna. et carnis deſideria volēdo. ſibi h̄i modi delectabilia vt mūdo viuāt et nō deo. vel eā cū neceſſe eſt p deo nō ponēdo: ꝑtet eam. ſ. in vitā eēna q q̄tū ad bona eēna poſſidenda. **E**t p ꝑriū. qui obit aīam ſuā. i. vitam in hoc mūdo: tenegādo ſibi bona p̄ntia. q ſuſtinēdo mala. vel etiā cū neceſſe ē. ponēdo p deo. in vitā eternaz cuſtobit eā. i. viuet eternalit̄ cū eo. **U**bi **Aug.** Si male amaueris tūc obisti. ſi bñ oderis tunc amaſti. **F**elices qui obert̄ cuſtodiēdo. ne pbāt amādo. **E**t q debeamus ip̄m imitari in paſ- ſione oñdit p ratōnem. inducens exempluz de ſe. vt ſicut ipſe fecit. ita et nos (ſi opus fuerit) faciāmus. q dicēs. Si quis mihi miſtrat. hoc ē noīe q affectu querit eē meus miſter: me ſequa- tur. i. me imitē. ſequi em̄ imitari ē. **Q**uaſi bi- ceret. rōnabile ē q miſter ſequat̄ dñm. ſi quis me nō ſequit̄: nō mihi miſtrat. qz (ſm̄ **Criſo**) op̄et em̄ q miniſtrat. ſequi euz cui miniſtrat. **O**portet ḡ diſcipulos xp̄i qui ei miſtrant. ſequi xp̄m p mortē ſi optuerit. q p bona opa imitā- do ip̄m. **I**lli quippe xp̄o miſtrāt. qui nō ſua ſz q ihu xp̄i querunt. q q̄cunqz bona ſiue in tp̄alibz ſiue in ſp̄ualibz ꝑpter deū faciūt. **M**iſtrant autē xp̄o ep̄i q clerici. i. quantū eius ſacr̄a fidelibz bi- ſp̄ſant. **U**n̄ **ap̄ls.** Sic nos eſtinet bō vt mini- ſtros xp̄i et diſpenſatores miſterioꝝ dei. **I**tem q̄libet fideles in q̄cunqz ordine ꝑſtituti. q man- data ſuant xp̄i. **U**nde **Ap̄ls.** In om̄ibz exhibe- amus nos ſicut dei miſtros. **M**iniſtrat em̄ xp̄o vnusquiſqz monēdo. docendo. corripiēdo. benī- uolentiā. elemoſinā. et cetera miſeric̄ie opa im- penēdo. **E**t ſubiūgit huius ſeq̄le brauiū ſeu ꝑmiuz. quia ſi q̄s xp̄o digne miſtrauerit q ip̄m ſecutus fuerit: erit ubi xp̄c ē. **E**t certe magnū ē ꝑmiū eſſe cū xp̄o. ſine q nūſqz ē bene. q cū quo nūſqz eſt male. **E**t deinde maniſeſtius hoc dicit

De maledictione ficulnee

Nā qui mīstrauerit xpo mābātis suis obebiēdo
ipm seqndo. ⁊ vestigia eius imitādo: hic honora
bit a pte celesti. s. ut sit cū filio ei: nō eq̄lis diuī
nitati. s. cōsociatus eternitati. **Et** certē magn⁹
honor ē. q. homo miser efficiat bñus: exhereda
tus heres dei. coheres aut xpi. **Beatus** ille quez
deus honorificabit. ille em̄ ditabit illis bonis. q.
nec oculus vidit nec auris audiuit nec ī cor ho
mīs ascenderūt. q. pparauit deus diligentib⁹ se.
Donor em̄ dat hominī ab alijs hominib⁹ in vi
ta pñti in testimoniū v̄tutis: sed honor datur ho
mīb⁹ a deo in gloria celesti: in pñiū virtutis. **O**
deus me⁹ misericordia mea auctor ⁊ dator om
niū v̄tutū. da nobis nūc in eis exercitiū p̄tinuū.
⁊ tandē pro eis pñiū sempiternū. **Et** q. disci
pulos hortatus fuerat ad tolerantiā mortis exē
plo sui quē seqndum proposuit: p̄seqnter cōfor
tat eos ut nō turbentur et retrahantur propter
infirmatē nature: quia recta ratio (nō obstāte
turbatōne aīme secūdbū passiones p̄tis sēsitue)
dīr igit eā in bonas ⁊ virtuosas opatōes. ut velit
fortis sustinere mortē ⁊ q̄cūq. 3ia propter deū
⁊ bonū v̄tutis. **Sic** em̄ in xpo fuit. q. nō obstāte
turbatōne sensualitatis. passus ē qd̄ recta ratio
suadebat. **Uñ** ait. **Nūc** aīma mea sensualis tur
bata ē. id ē affecta ē q̄tum ab sensitua. passio
nib⁹ timoris ⁊ tristitie ac naturali horrore. q. tñ
est de volūtate. **Anima** em̄ hic accipit p̄ sensua
litate. id ē p̄ appetitu sensituo. in quo sūt passio
nes nō aut rōne. **Ach** dicat. **Nō** vos turbet vel
retrahat sensualitatis turbatio a recta ⁊ debita
opatōe. q. etiā aīma mea turbata ē imminente
passione: ⁊ tñ hoc nō obstāte. mori eligo obedi
ens p̄i pro vrā salute. **Onia** ei hortatus fuerat
alios imitari mortē suā: ne forte aliq̄s ei diceret
secure potes mortē subire. quia nihil mali sen
tis: iteo 3iuz voluit ostendere per talem turbatōz
⁊ per p̄seqns nō esse recedēdū ab eius imitatōe.
propter naturālē horrore. **Nā** si nullā passionē
sensisset in aīma. nō fuisset sufficiens exemplū ho
minib⁹ ad mortē sustinēdā. **Quis** modū autem
passiones aliter fuerūt in xpo. ⁊ aliter sūt ī no
bis. **In** nob̄ em̄ sūt ex necessitate inquātū q̄si ab
extrinseco cōmouemur ⁊ afficimur: in xpo nō
fuerūt ex necessitate sed ex impio rōnis. ad ostē
dendū hūane nature veritatē. ⁊ ad bāduz nobis
exemplū nō recusandū mortē. ⁊ ad merendū no
strā redēptōnem: cū in eo nulla passio fuerit. ni
si quā ipse volūtarie concitauit. **Nā** intātū in
feriores vires erant subdite rōni in xpo. q. nihil
aliud agē ⁊ pati poterant. nisi qd̄ ratio volebat.
q. permisit agere anime ⁊ virib⁹ inferiorib⁹ que
xp̄a erāt. **Sic** ḡ turbata ē aīa xpi. q. nec sup̄ ra
tōnē nec 3. sed scdm̄ rationis ordinē turbatō in
ea fuerit. **Deinde** volēs ostendere q. nō venit vo
luntatē infirme carnis sed volūtate p̄tis facere
ait. **Et** quid dicā in hac ⁊ de hac turbatōe. **Non**
dicit quid faciā. quia sciebat quid factur⁹. s. 3.
docet quid dicere. ⁊ q. fugere. ⁊ quē inuocare. et
in quez sperare debeamus. s. in p̄tem qui saluat
solus **Quasi** diceret. **Nō** habeo quid dicā ereptō

et de grano frumenti

nem q̄rens. sed scio quid agaz. quia passurus sū
Uñ non recedā a cepto p̄posito p̄pter timorē pi
culor⁹: sed ex ratōe sensualitatē superās volūta
tem meā volūtati diuine cōformabo. **In** q. bat
exemplū nobis ut similiter faciamus. **Et** hoc ē
quod dicit: **Et** o tu pater saluifica ⁊ saluum fac
me ex hac hora passionis. **Nō** dicit in hac hora
in q. pater cum mortī exposuit. sed ex hac hora
q. inde eū glorificauit. **Propterea** em̄ volunta
rie veni in hac horā passionis ⁊ mortis: propte
rea veni in mūdūz ut patiar. propter p̄tis obe
dientiā ⁊ humani generis salutē. **Quasi** diceret
Saluatōnem q̄ro. sed passionē nō recuso. **Et** tu
pater p̄ hac passionē clarifica nomē tuū. me su
scitando. quod est gloria nomīs tui ⁊ clarifica
tio. **Ubi August.** Docuit te quē inuocas: cuius
voluntatē tue volūtati p̄ponas: hominis infir
mitatem. ut doceat dicere cōtristatū. non quod
ego volo: sed quod tu vis. **Ex** hac aut sup̄porta
tōne turbatōnis in deū. homo triplicem p̄cipit
utilitatē: prima est q. turbatio alleuiat. **Si** em̄
ex eo q. quis amico cōq̄ritur turbatōnem suā
alleuiatōnem recipit. quāto fortius propter cō
passionē mutuam a deo recipiet. **Secūda** est. q.
turbatio meritoria efficitur. **Si** em̄ meritorius
est deo offerre rem tēporalē quā portas in bursa
multo magis si offers id qd̄ geris in aīmo. **Ter
cia** est. q. homo postea notabilē recipit cōsola
tōnez. sicut patet de multis a tribulatione libe
ratis. sicut ⁊ hic. **Nā** statim venit vox de celo p
consolatione. **Uñ** sequitur. **Venit** ḡ vox de celo
a deo patre dicens. **Et** clarificaui ⁊ itēz clarifi
cabo. id est clarum genui ab eterno. scdm̄ diuī
nitatem. ⁊ clarum etiā faciā scdm̄ humanitatē
Uñ scdm̄ hominēz clarificaui in natiuitate. qñ
angeli cecinerunt gloria in excelsis deo. ⁊ magi
adorauerūt. ⁊ in baptismo ⁊ in trāffiguratōne ⁊
in miraculis in vita p̄ eum factis. ⁊ itēz clarifi
cabo p̄ signa tēritatis in passione. in q. triūpha
bit de dyabolo: ⁊ in resurrectione ⁊ in ascensione
⁊ in totius mūdi cōuersione ⁊ maxime ī iudicō.
Et quidā de turba magis rudes stantes ⁊ au
dientes sonūq. vocis nō significatōem p̄cipien
tes. dicebāt tonitruum factū esse. id est aliquis
per modum soni confusi. tamen hoc dicebant fa
ctum propter dominum: alij autem magis per
spicaces articulatōnem vocis intelligentes di
cebant. q. angelus ei locutus sit. **Credebant** em̄
eum esse hominem purum et iteo dicebant an
gelum ei esse locutum. sicut aliquando in scri
ptura dicitur. q. angeli prophetis loquebantur
Sed vox illa fuit paterna et formata a tota tri
nitate. cum eius opera sint indiuisa. **Uñ** ronta
men fuit vox patris. que fuit formata ad repre
sentandum personam eius. **Et** respondit ih̄sus
et dixit. **Non** propter me. scilicet instruendum
qui testimonio vel consolatore vel clarificato
re alio a me non indigeo. hec vox testificans
venit de celo. sed propter vos in instructionem
vestram. qui instructione indigetis et testi
monio. scilicet ut credatis quia ego ex deo suz.

et de principe mūdi

Unde ostendit hanc voce nihil sibi indicasse, quod ante nescisset. s. ignorātibz quibz indica-
ri optebat. et ppter instructōem ppli circūstātis
ut pgnoscent ipm ihm esse xpm. cui de celo ba-
bat testimoniū. Sicut g anima eius nō ppter
eū sed ppter alios volūtariē turbata est. sic ista
vox nō ppter eū s. ppter alios aliqua dispensatō
ne diuinitus facta est. Et qz dixit vox. et cla-
rificabo psequēter modū oñdit clarificatōis:
dicens. Nunc scz in hoc tpe passionis rectū iu-
ditiū est. nō p̄demnatōis. s. discretōis mun-
di. i. p mūdo ptra d̄yabolū. hoc est. nūc p mun-
do a p̄fate tenebrarū liberādo. iudicabit et sepa-
bitur mūdus a p̄fate d̄yabolī et eripit. et hoc
est iuditiū discretōis. quo disceruntur et sepan-
t multi a p̄fate inimici. A tpe quoqz passionis
xpi. discreti sūt fideles credētes ab obstinatis p̄-
fidem. in futuro aut erit iuditiū p̄demnatōis
infidelīū. et p̄matōis credentīū. **U**n exponēdo
subdit effectū iuditiū. Nunc pnceps huius mū-
di. i. amatoz mundi et malozū hoīm qui habi-
tāt in mūdo. s. d̄yabolus. qui ab adā usqz nunc
fuit dñatus et adhuc dñatur in malis mundo
debitis. et d̄r princeps mūdi. n. qz sit dñs substā-
tie mundi: sed hoīm mūdialiter viuentiū. inqñ-
tū se ei subiit p peccatū: eicieatur et repelle-
tur foras a redēptis et liberatis. et p̄fatem ho-
mines post se trahēdi p̄bet hoc iuditiū p xpm et
virtutē passionis ei. p quā apta est ianua glie
a cuius p̄secutōne d̄yabolus nō p̄t impedire et
post se trahere sanctos sicut ante faciebat. **P**er
passionē etiā dñi: data ē homini ōtus resisten-
di d̄yabolo. quia p eam fortiores sumus ad re-
sistendū. nec modo ita facile hoīes seducere vel
adeo temptare p̄t ut prius. nec p̄mittit facere
quantū p̄t et vellet. **T**ustum est em̄ qz sicut p̄n-
ceps mortis p peccatū hominē sibi subiecit ab
mortē. sic qui xpm pcurauit interfici iniuste:
merito et digne eiicit. ne deinceps iustis homi-
nibz p xpm redemptis: pnceps. **P**ermittit tñ
temptare hoīes ad exercitiū et meritū electoz.
Et declarat modum p quem eiicit foras. qz per
mortē crucis et resurrectōnem. **U**n subdit. Et
ego si. i. cum. nō dubitat futu. esse quod venit
implē: exaltatus fuero a terra. s. i. cruce. om̄ia
scz electa et p̄destinata ad salutē ex quibz d̄ya-
bolus eiicitur. traham ad meipm. ut sim caput
et illa membra. spoliando illū. qui decipiēdo in-
iuste dēp̄batus fuerat v̄l om̄ia genera hominū
qz de om̄ibz generibz hominū aliqui sūt tracti.
scz de om̄ibz linguis. de om̄ibz ritibz. de om̄ibz
etatibz. et de om̄ibz gradibz. et sic traxit ad se
om̄ia. quia homo d̄r om̄is creatura. **N**ā amo-
re quo pro nob passus ē: trahit nos ad seipm.
ex amore em̄ ostenso in cruce ad genus hūanū
h̄vīm attractiua mentiū. sicut lapis magnes
attrahit ad se ferrū. **X**pi aut crucifixio ideo di-
citur exaltatio. qz corpus eius fuit exaltatū in
cruce. sicut vexillum in aere ab debellandū ae-
reas p̄fates. et qz se humiliavit usqz ab mortē
crucis. ideo deus exaltauit illum et ipse exalta-

Secūde par. Capitulu. xxxj.

tus. exaltauit suos. **P**er passionē ergo habuit
victoriā de d̄yabolo. **U**nde hocipm om̄ia tra-
here. est principē mūdi huius eiicere. non em̄ ē
puentio xpi ad belial et lucis ad tenebras. **E**t
nota qz xpc noluit mori i aliqua domo. nec sub
tecto. s. in aere voluit exaltari ex cā triplici.
Aer quidem elementū est p̄mune. et p̄t homo
h̄re p̄p̄iam terrā. aquā. vel p̄p̄ium ignē. sed ne-
mo p̄t habere p̄p̄iū aerem. **X**pc ergo voluit in
aere exaltari. **P**rimo ad innuendū. qz sicut aer
ē p̄munis. sic et xpi passio. nā passiones aliorū
sanctoz fuerūt p̄p̄ie. qz quilibet passus ē ppter
se. passio aut xpi p̄munis fuit. angelis qui sūt
rapti. hominibz. qz inde sunt saluati. **S**ecundo
ad innuendū. qz sicut aer est medius inter celū
et terram. sic xpc etiā fuit mediator inter deū
et hominē. qz cum deo puenit rōne nature diui-
ne. cū homine rōne nature hūane. **E**rat autē
quedā discordia inter deū et hoīem. et ideo ve-
nit ihs et se oñdit mediatorem. **T**ertio ut ipm
aerem mūdaret. sanctificauerat em̄ terrā tri-
ginta annis sup eam ambulādo. sanctificauerat
aquā in ipsa se baptizari faciendo. sanctifica-
uerat ignē spiritū sanctū in specie ignis mittē-
do. restabat ut sanctificaret aerē nō sub tecto.
sed in aere moriēdo. **P**luribz etiam de causis
voluit mori morte crucis. **U**na p̄p̄e mortis tur-
pitudine. ut hoīem nec ipsa mortis turpitudine a
p̄fectione iusticie repellat. **I**tem qz hoc genus
mortis p modū exaltatōis pueniebat fructui.
cause. et figure passionis. **F**ructui quidē pue-
niebat. qz p passionē exaltand⁹ erat a p̄e. **C**au-
se autē passionis pueniebat dupl̄. s. ex pte ho-
minū p quoz salute moriebat. ipi em̄ perierāt
qz deiecti et demersi erāt ab terrena. et iō voluit
mori exaltatus. ut nos eleuaret ad celestia. **E**t
ex pte demonū. ut. s. eos qui in aere p̄ncipatus
et p̄fatem exercebāt. ipse eleuatus in aere p̄cul-
caret. **F**igure hō pueniebat. qz dñs serpentē in
deserto fieri p̄cipiebat. qz sicut ille serpens exal-
tatus fuit in palo. ita et dñs in cruce. **C**um aut
dñs tanta et tam magna signa fecisset corā eis. in
miraculis et in doctrina et in reuelatōne secre-
toz cordis. et futuroz p̄tingentiū. p que decla-
rata erat diuinitas eius. nō tñ credebāt in eū. s.
pro maiori pte. et in hoc p̄plete sunt scripture
p̄phaz. eoz obstinatōem et excecātōem p̄dicen-
tiū. **C**onsueuerāt em̄ dicere. qd signū oñbis no-
bis ut credam⁹ tibi. s. ecce cū tāta signa fecissz
nō crederēt ei. **T**erūtñ multi ex principibz. i.
ex legis p̄tis et sacerdotibz crederēt tñc in eū
ppter miracula et impletōem scripturarū. sicut
et nicodemus unus eoz qui als venerat ab ihm
nocte. et gamaliel. et ioseph ab arimathia. et alij
q̄plures. s. ppter phariseos nō p̄fitebant ma-
nifeste: timētes ne de synagoga eiicerent. qz iā
p̄spirauerāt. qz p̄fitebāt ipm esse xpm: de socie-
tate iudeoz expellerētur. quod apud eos valde
ignominiosus erat. **E**iectō em̄ de synagoga re-
putabāt mag⁹. sicut apud nos eiectō p excoīca-
tiōne de ecclesia. **E**ā hō et radix huius defectus.

De duobus filiis quorum unus

seque quare non confitebatur erat superbia et inanis gloria. dilexerunt enim gloriam hominum et honorem mundanum in dignitatibus et laudibus humanis magisque dei gloriam et meritum per dei gloriam sperandum. cui soli debet honor et gloria. Ex hoc enim quod publice confitebatur: amittebatur gloriam hominum. licet ex hoc consequeretur gloriam dei. isti autem magis elegerunt suam gloriam dei: nolentes publice profiteri quod gloria hominum cupientes a mundanis honorari. non attendentes ad dictum apostoli. si hominibus placere christi suus non essem. Isti hodie multos habent sequaces. scilicet per mundi gloriam se et sua prodigaliter exponentes. et papam aut nihil per dei gloriam promerenda facientes. **U**nus eorum fides insufficientis erat. non enim sufficit corde credere ad iusticiam: sed oportet etiam ore profiteri ad salutem. Et in hoc humana gloria est impendenda. et omnis pena patienter toleranda. quia omnis pena que per iusticiam sustinetur: est meritoria. ut cum apostolo quilibet dicat. **M**ibi autem absit gloria. nisi in cruce domini nostri ihesu christi. per quem multi mundus crucifixus est. et ego mundo. **S**ecundum Augustinum. dominus minus crucem suam in frontibus credentium fixit. ubi quodammodo sedes est veredubie. ut de nomine eius fidelis non erubescat. et magis dei gloriam quam hominum diligat. **U**nus ille qui euangelium legit. et etiam illi qui audiunt: signo crucis se signant.

Post hoc autem tandem dominus ihesus qui scrutatur corba hominum: agnoscens furorē illorum et malitiam. quam iam de eo occidendo preceperant. et volens eos punire. non expectavit ut in opus irent. sed abiit recedendo a persecutoribus suis. quia iam non recipiebant eius doctrinam. et abscondit se ab eis: mitigans illorum invidiam et furorē. quia nondum venerat hora passionis sue. **I**n quo nobis exemplum dedit. ut cum de aliquorum malitia nobis constet. etiam antequam patrare ope temptet: fugere debeamus. **A**bscondit se ab eis facie agnitionis sue eis subducendo quod ex cecitate eorum et transitu fidei a iudeis ad gentes significabat. **E**t cum vespere facta esset egrediebatur dominus cum discipulis duodecim de civitate. et rediit in bethaniam. ibi mitis et iustus de regno dei docens. in die contra perversos et malos asperere loquens: eosque per moribus pravis rebarguens et nos cum in hoc imitari erudiens. **O**ratio.

Domine ihesu christe. da mihi ut non solum folia hoc est verba. et estimationem iusticie sed et fructus operum habeam. ne a te unquam maledictionem incurram. Da mihi ut tanquam verus tuus minister pro modulo meo te sequar. ut ubi tu es et ego esse merear. **T**rahe me post te ihesu bone. non trahat dulcedo seculi: sed trahat me suavitas amoris tui. **S**ic tecum in celo iugiter interitio mea sit. mecum in terra continue protectio tua. **A**dhaream tibi inseparabiliter. fuisse tibi preverat. queram te fideliter. inveniā te feliciter. possideam te eternalliter. rex meus et deus meus. **A**men.

De duobus filiis quorum unus in vineam iuit.

alius ire neglexit. Ca. XXXII.

Ecce tunc tunc sabbati hoc est feria tertia itaque mane reuertendo

in vineam iuit

ab civitatem hierusalem transiret. dominus et discipulis eius circa locum ubi ipse maledixit ficulne. viderunt discipuli arborē aridam factam a radicibus. id est a fundamentis. que erant sacerdotes et scribe. ampliusque prima die. et mirati sunt de subvertita arboris ericcatione. **N**ec mirum si continuo aruit quia fimo domini maledictionis. quasi flamma ab radicibus descendit. **E**t cum venisset in templum. id est in atrium templi. ubi conveniebant homines ad orandum et verbum dei audiendum. ut doceret. oraret. et exemplum daret: accesserunt non ut docerent cum populo. sed ut docerent caperent in verbo ab eo docentem. id est dum doceret. quando precipue impediebatur non erat princeps sacerdotum. quos non excuset ignorantia. et seniores populi a quibus egressa est iniquitas. **S**ecundum Crisostomum. Dicebant sacerdotes apud se. nos sumus calumpnie templi. ecce super illud tota recubitat ecclesia. nos sumus quasi tacentium scripturarum lingua visibilis. et ecce ille resonat in medio templi. et nos contempti quasi cithara dissipata tacemus. nos fuimus presbiteri. modo iste generat filios. et nos steriles sumus. quasi dicerent multum vilificamur. **A**ccesserunt inquam: dicentes. **D**ic nobis. quia ad officium nostrum pertinet hoc inquirere et scire. in qua prelate hec facis. scilicet an ipsa an aliunde tibi promissa. et quia tibi debet hac prelate ut ista facias. **Q**uasi dicerent. **Q**uid est quod ejicias te templo quousque. cum non sis ostiarius. et doces nobis incosultis. **Q**uerunt qua auctoritate ista facit quia auctoritatem ejiciendi de templo habebant ostiarii. et docendi in templo sacerdotes et legisdoctores. ab hoc a principibus sacerdotum assignati. et non alij. **X**p̄s autem neutram auctoritatem videbatur habere. sed magis usurpare. **S**ubintelligunt enim eum operari per diabolum. et diaboli esse quod facit. sicut superdixerunt. quia in beelzebub demonia ejiceret. **Q**uasi vel lent diceret. **S**ecundum Crisostomum. **T**u de sacerdotali familia non es. senatus hoc tibi non donavit. neque cesar. in qua ergo prelate hoc facis. nuncquid in beelzebub principe demoniorum. **I**hs autem oppositum reddidit oppositum non solutionem. quasi clauum clavo retinens. et quia apta ratione temptatorum calumpniam plutare poterat. prudenter eos interrogat. ut ipsi vel suo silentio vel sua ratione et sententia puniantur. **C**alumpnians enim melius interrogatione. quam directa rationatione vel ratione ad inconueniens ducit. **I**lle namque est optimus modus respondendi et cludendi per malignantes. quando ex suis propriis verbis et rationibus arguuntur. per hoc quod ostendit christus. quod malignantibus quales isti erant non sunt dei secreta revelanda. sed eorum malitia probetur et declinanda. **I**nterrogavit ergo eos de baptismo iohannis. unde erat. de celo an ex hominibus. id est ex dei precepto et diuina ordinatione. an ex hominis abinventione et humana institutione. **A**t illi stupefacti ad interrogationem. cogitabant intra se viam respondendi sed non habebant. videntes ex quacunque ratione sua confusionem. **N**am si dixissent baptismum iohannis de celo. id est ex celesti et diuino instituto esse: patenter puniebantur. quia non crederunt iohanni dicenti ipsum dominum de celo venisse. et perhibenti ei testimonium de potestate.

Alius ire neglexit

Qui enim credit iohanni: credit utique et christo. quia iohannes christo testimonium prebuit. ipsum predicando. et dei filium esse nuntiando. Quasi vellet dicere. Ille mihi testimonium prebuit. quem profitemini habuisse prophetiam de celo. et ab illo audistis in qua potestate hec facio. quia ille hoc demonstravit testimonium mihi prebendo. Si autem dixissent de terra et institutione humana: periculum mortis incurrissent ab ipso. ut tanquam blasphemum essent lapidandi. quia ipse qui per maiorem partem iohannis baptismum susceperat: eum ex vita et doctrina ac christi testimonio prophetam sanctum et verum a deo missum: reputabat. et persequens verba eius et facta a deo esse sentiebat. **Uiderunt ergo (ut ait Beza) quod** libet horum respondissent. in laqueum se casuros. timere. scilicet plebis lapidationem: sed magis timebant veritatis professionem. Et modestiter dicentibus eis se nescire: ait illis. Neque ego vobis dico in qua potestate hec facio. Non dico vobis quod scio. quia non vultis scire quod tamen sciebant. noluit eis de se aperire veritatem de hoc quod querebant. et iustissime confusi sunt. Ex sua enim taciturnitate impulsus sunt a sua petitione cessare. **Nam secundum Crisostomum.** Modestia si non habent quem decipiant: ipsa sibi mentiuntur. Duobus quippe de causis (secundum Beza) occultat veritas. quia auditores minus capaces sunt ad intelligendum. Tamen dicitur. multa habeo vobis dicere: sed non potestis portare modo. vel quia ex odio et contemptu indigni sunt quibus aperitur. Tamen dicitur. Nolite sanctum dare canibus. neque mittatis margaritas ante porcos. et hic utriusque occurrebatur. Et tertia causa addi potest. scilicet assiduitas predicandi. assidua enim predicatio vilescit. Noluit ergo christus ostendere de facto et exemplo. quod licet uti cautelis et cautelas malorum insidiantium bonis. Tamen dicit Crisostomus. Quod interrogantem oportet docere. temptantem retundere. Quod autem apertum erat veritas sue potestatis et predicationis alijs et non ipsis. et quare indicavit per parabolam duorum filiorum. quorum unus pater dixit. vade in vineam meam. qui respondit. nolo. postea tamen penitentia motus: iuit. dixitque alij pater. vade in vineam meam. qui respondit. vado sed non iuit. Homo iste qui duos filios habuit est deus scilicet pater. qui dicitur homo ratione mansuetudinis. quam ab hominem habuit. qui etiam omnes homines primo affectu creavit. et cum sit natura totum minus. tamen magis vult diligere quam si pater quam timeri quasi dominus. Primus filius tempore et origine. non dignitate et dei cognitione: est populus gentium. alter populus iudeorum. quia gentes erant ex tempore noe. iudei autem ex abraham. Operari autem vineam. est facere iustitiam. quam generaliter quidem in natura omnium hominum deus plantavit. specialiter autem iudeis eam in libro vite debet. cuius diuerse vite. sunt diuerse iusticie: species. Primo filio primum dixit per naturalis legis impressionem et noticiam. vade operare. id est in tempore huius seculi fac legis naturalis iusticiam. que est. hoc facias alij quod tibi vis fieri. et quod tibi non vis fieri ne feceris alteri. operare inquam in vineam. id est in ecclesiam. extra quam non

Secunde par. Capitulum xxxij.

est locus operandi meritorie. Locutus est autem ei non facie ut homo: sed in corde ut deus: ingerens intellectum sensibus. quia nunquam deus destitit homines incitare ad bonum per occultos instinctus. Tamen Crisostomus. Posuit deus spiritum scientie boni et mali in hominibus. ut quotienscumque peccamus: ille in silentio quasi factum nostrum accuset. in conscientia tacite ad animam loquitur: dicens. Malum est hoc. et hoc bonum est. Ille autem. scilicet primus filius in cogitatu superbe respondit. nolo. quia bonum relinquendo et malum eligendo: aperte contumax fuit. legi enim naturali non obediuit. et libero arbitrio abusus est. Tamen Crisostomus. Quomodo dixit nolo? In cogitatu. Qui homines intellectum boni et mali. relinquit bonum et sequitur malum in cogitationibus suis. contra dominum respondere videtur. quia nolo. id est. contra intellectum suum creatum sibi a domino: facit. **Deinde Crisostomus.** Sed postea in adventu salvatoris ab predicacione christi et apostolorum credens: penitentia ductus. operatus est in vinea dei. et sermone contumaciam labore correxit. quia summo deo colla submisit. et nunc cultu fidei deo placet. Alteri autem filio postea dixit per moysen legis institutionem. vade et operare in vinea mea. et fac iusticie opera. Qui respondit. vado. quia primum deo servire vouit. et se ad serviendum deo per suscepcionem legis moysen obligavit: dicens. moysi omnia precepta domini faciemus: sed non iuit. et quod ore respondit: opere non implevit. quia in servitio dei non remansit. et legem susceptam non obsequavit. necnon ab ydolatRIA et ab infinita mala declinavit. et nunc christi cultum negat. Induxit autem hanc parabolam eos in interrogando. ut propria responsione illos impietatis mistros argueret. et proprio iudicio condemnarent. Cum ergo quesisset. quis ex duobus fecit voluntatem patris: et illi respondissent primus. non intelligentes de ipsa dicta parabolam. et nescientes quia in responsione exprimeret condemnationem suam. intulit et ex responsione propria eos confutavit: confirmans peritiam ab ipsa sententiam: et dicens. Amen dico vobis. quia publicani et meretrices. scilicet non qui tales sunt: sed qui fuerunt. precedunt vos in regno dei. id est in ecclesia militante. per fidem et penitentiam. et in triumphante per gloriam. vobis extra derelictis per infidelitatem. Primus enim filius qui fecit voluntatem patris: dignus est misericordia. Secundus quia neglexit dignus est reprobatione et pena. Quasi diceret. Non solum gentiles meliores sunt vobis iudeis. sed et ipsi iudicatis. sed et pessimi de gentilibus. scilicet publicani et meretrices. qui inter vos manifeste sunt turpissime vite: erunt maioris meriti apud deum quam vos. quia melius est non promittere et facere iusticiam dei. quam promittere et metiri. **Et secundum Hieronymum.** simulata sanctitas duplex est iniquitas. et hoc vitium potissime vigeat in sacerdotibus et levitis. Igitur (secundum origenem) potes uti parabola ipsa ad eos. qui modicum aut nihil promittunt. operibus autem onduunt. et deos qui magna promittunt. nihil autem vel parum secundum suam promissionem agunt. Nam hodie heu multi etiam religiosi. non solum legis scripture sed etiam legis naturalis iusticiam derelinquunt. et ideo non misericordia cum filio primo: sed potius pena

De locatione vinee

cū secundo digni sūt. **Abi Cris.** Puto q̄ ex p̄so
na omniū viroz p̄cōz publicani ponātur. et
ex p̄sona omniū m̄liez meretricū meretrices.
Qm̄ q̄uis ei m̄lta sint p̄c̄a i viris et mulieribz
p̄ter ista. tñ p̄cipue avaricia in viris habūbat.
fornicatō aut in mulieribz. **Mulier** em̄ q̄ in do-
mo sua sedet inclusa. facile p̄c̄m fornicatōnis
incurrit. qz hoc vitū facile ex vacātia et otio
nasciē. **Nā** qui sollicitudinis animū hz occupa-
tū. nō facile fornicatōi opam dat. **Nā** diffinitio
amoris hec ē aīe vacātis passio. **Vir** aut qui in
actibz rep̄ diuersaz est assidue: avaritiē p̄c̄m
facile incurrit. in fornicatōem aut nō facile. nisi
forte multū sit lasciuus. **Nā** occupatio viriliū
sollicitudinūz: suggestiōē voluptatis plerūqz
excludit. **Enī** p̄riū ē hoc adolescentiū nihil agē-
tiū **Dec. Cris.** Deīn subiūgit cām reprobatō-
nis iudeoz. que ē p̄ceptus credēdi. quez aggra-
uat et s̄c̄titas iohānis et exemplū p̄uersiōnis
p̄cōz. qz publicanis et meretricibz ioh̄i credē-
tibz et ad p̄dicatōnem eius p̄niam agentibz. ip̄i
nō crebiderūt ioh̄i. doctrinam eius audiēto. et
opa eius imitādo. q̄ v̄it ab eos in via iusticie.
qz opem p̄fectōis faciebat. et xpm̄ qui ē ip̄a iu-
sticia: ānūtiabat. Et nō solū hoc nō fecerūt. s̄
nec postq̄ publicanos et meretrices credētes
et penitētes viderūt. p̄fusi sūt aut p̄p̄cti ut cre-
derēt. vel illoz exemplū seq̄rent quibz ip̄i exem-
plū esse debuerāt. ex q̄ sequit̄ aggrauatio p̄c̄i
ip̄oz. qz nec p̄cedere nec sequi illos in fide et pe-
nitētia voluerūt. **Layci** etiā et sacerdotes duo
filij p̄nt intelligi. et p̄plus prior filius. et sacer-
dos secūdus. **Enī Cris.** Duos etiā filios dicit.
laycoz p̄ditōnem et ordinē sacerdotū. Quis est
prior filius? **Populus.** Prior em̄ p̄pls creatus
ē. deinde sacerdotes qui regerēt p̄lm̄. **Non** em̄
p̄plus p̄pter sacerdotes creatus ē: s̄ sacerdotes
p̄pter p̄lm̄. **Deniqz** p̄plus dei ex tpe abrahe ce-
pit. sacerdotes aut de tpe aaron. **Et** populares
p̄ hoc ip̄m q̄ secularē suscipiūt vitāz: denegare
vident̄ obedientiā deo. **Sacerdotes** aut magis
vident̄ obedientiam p̄mittere deo. p̄cipue p̄ hoc
ip̄m. q̄ sp̄aliter in misterio dei p̄stituunt̄. **Nam**
qui doctor p̄lī p̄stituit̄: sine dubio p̄fiteē tales
se fore. qualē oportet esse doctorē. **Sacerdos** et
om̄is clericus. si sp̄aliter nō p̄mittat. tñ p̄ hoc
ip̄m q̄ doctor p̄stituit̄ alioz: tacite p̄mittē deo
videt̄ in om̄ibz obaudire se deo. **Et** melior est
laycus qui in p̄ma facie secularē p̄fiteē vitam
reuera aut studet viuere sp̄italē. q̄ sacerdos
qui in p̄ma quidē facie p̄fiteē vitā sp̄italē. re-
uera aut p̄plectit̄ vitā carnalē. **Et** melior ē lay-
cus ante deū p̄niam agens. q̄ clericus p̄manens
in p̄c̄is. **Laycus** aut in die iudicij stolā sacer-
dotalē accipiet. id ē in crismate sic unguntur
oēs sicut in sacerdotio. sacerdos aut p̄cōz spo-
liat̄ sacerdotij dignitate quā habuit: erit inf-
ideles et ypocritas. **Unde** et mō secularis hō
post p̄c̄m facile ab p̄niam venit. **Nā** occupa-
tus negligētia seculari. dū scripturis nō satis
attendit: semp q̄ in scripturis posita sūt noua

et sanguinarijs

et videtur. ideoqz cū audierit aliquid de gloria
sc̄oz. aut d̄ pena p̄cōz. q̄ nouū aliqd̄ audiēs
expauescit. et dum bona p̄cupiscit aut mala ti-
met: p̄p̄ctus ad p̄niam cito recurrit. **Nihil** aē
impossibilius. q̄ illū corrigē qui scit om̄ia. et tñ
p̄p̄nens bonū diligit malū. **Om̄ia** em̄ que sūt
in scripturis p̄pter meditacōem q̄tidianā: ante
oculos eius inueterata et vilia estimant̄. **Nā** et
quicqd̄ terribile ē: vsu vilescit. **Propterea** cle-
ricus q̄ semp meditat̄ scripturas. aut oīno ob-
seruaturus ē. et erit p̄fectus. aut si semel cepit
illas p̄p̄nere: nūq̄ excitat̄ in illis ut timeat.
Quis aliqñ vidit clericū cito p̄niam agentē. **Et**
si dephensus hūliauerit se. si id̄ dolet qz pecca-
uit: sed p̄fundit̄ qz p̄didit gl̄iam suā. **Putasne**
dñs q̄ crudelis clericis p̄niam denegauit: dicens.
si sal infatuatū fuerit in q̄ saliet̄? **Sz** q̄si natu-
rale esse p̄siderās. qz nō ē qui doceat illū errantē
q̄ errātes alios corrigebat. **Deo** nō dico popu-
lares. qz fm̄ rōnem v̄bi vitā suā disp̄lant:
s̄ publicani et meretrices q̄ desiderijs mūdiāli-
bus et voluptatibz carnalibz seip̄os m̄cipaue-
rūt. p̄cedet vos in r̄gno dei. qz illi p̄uersi desinūt
esse qd̄ erāt. vos denegatis in ope qd̄ videmini
p̄fiteri i d̄bo. tāq̄ arbores folia sine fructu h̄n-
tes. si pascētes dñm suū s̄z deludētes **Dec. Cris.**
Per primū etiā filiū. qui p̄mo r̄nuuit p̄ris pre-
ceptū. sed postea fecit: significat̄ p̄cōres qui
male viuēdo deo seruire negāt. s̄ postea pen-
tētes virilē opant̄. **Per** secūdū hō filiū. qui
facere volūtātē p̄ris p̄misit et nō fecit: signifi-
catur illi qui opari d̄uose p̄mittūt. s̄ nō faciūt
de quibz sūt multi religiosi. p̄fiteētes suare ma-
gna. s̄ euāgelica p̄silia. cū tñ nō seruēt etiā p̄ce-
pta. p̄pter qd̄ seculares etiā p̄cōres tñ postea
penitētes: eis corā dño p̄ponunt̄. cū dñ. qz pu-
blicani et meretrices p̄cedēt vos in regno dei.
Nullus ḡ peccator dissibat. nullus iustus p̄su-
mat. cum peccatores p̄ p̄niam quantoqz alios
in regno dei p̄cedant. **Oratio.**

Domine ihu xpe doctor bone. da mihi ve-
ritatē corde credē. et ore atqz ope. put
oportet p̄fiteri. malignoz sp̄rituum et
hōim cautelas et astutias sapenter declinare.
Da mihi legis naturalis cordibz n̄ris imp̄sse. et
legis scripte in libris nob̄ date iusticiāz facē. et
tuā in om̄ibz voluntatē adimplē. ut nō cū secū-
do filio penā. s̄ cū p̄mo misericordiam apud te me-
rear p̄sequi. ac cū vere penitētibz grām in ec-
clesia militāte. et gl̄iam in triūphātē misericor-
diē inuenire Amen. **De locatōne vinee et**
sanguinarijs vinitoribz. **Cap. XXXIII.**

Avidē proposuit eis ali-
am pabolam. de homine p̄fami-
liar. qui plātavit vineā et circūde-
dit ei sepem. et fodit in ea torcular
et edificauit turrim. et locauit eam agricolis
seu colonis. et peregre profectus est. **Illi** autē
seruos suos ad recipiendum fructus missos

male tractauerunt et occiderunt. et nouissime filiū missū heredē agnoscētes. et hereditatē hīe volētes: apprehēderunt. et extra vineā eijicientes etiam occiderunt. Et interrogati quid faceret dñs vinee colonis illis: dixerunt. **M**alos male p̄det et vineā suā locabit alijs agricolis. qui reddāt ei fructū t̄pibz suis. Quibz ip̄e dixit. qz aufereēt ab eis regnū dei. et dareēt gēti facienti fructus eius. In hac parabola describit multiplici malitiā et ingitubine iudeorū. quibz deus p̄familias. qui natura dñs. beniuolētia p̄r. homo māsuetudine. nō natura. similitudine. n̄ veritate multa bñficia ptulit. qz domus isrl' et synagoga vinea ē ex electis p̄sonis p̄iarchaz et p̄phaz. sicut ex vitibz optimis. quā de egipto trāstulit. et in terra p̄missionis plātauit. cui sep̄ circūdedit. custodiā quidē triplicē. s. angelicā sup muros hierusalē. et hūanā. s. p̄tectionē bellicorū vicorū. et terrenā. s. munitionē muroz. et fodit in ea torcular. i. legē iusticie timorē p̄p̄mentē. et malos torquentē. et hoc fodit signis. minis. et p̄missis. et edificauit turrim. s. templū ad cultū dei. qd dī turris p̄pter altitudinē edificij. p̄pter securitatem refugij. p̄pter dignitatē p̄uilegij respectu aliarū nationū. et locauit eā agricolis et oparijs scz sacerdotibz et p̄ncipibz. q̄ dñt extirpare vitia tanq̄ spinas. et inferere bñtates tanq̄ bona semina. ac fructu cultū diuinū et iusticiā in hoībus. et p̄gre p̄fectus est. nō loci mutatione. qz deus ē ubiqz. s. qz vintoribz libez arbitriū reliquit. vel p̄pter lōganimitatē quā ī expectatō ut a peccatis p̄uertereēt: habuit. vel p̄pter ip̄orū negligentia. qz (s̄m Amb) qui ubiqz p̄ns ē: diligētibz p̄ntio: et negligentibz absentior est. Cum autē tempus fructuū appropinq̄set. qz post legē susceptaz debebāt facere fructum bonorū opm. misit suos suos. i. p̄mos p̄phas ad agricolas. i. ad reges et sacerdotes p̄ncipaliter. et ad alios subiectos eis p̄sequēter. ut acciperent fructus. p̄ predicatōem suā. eos ad fructū bonorū opez reducēdo. et agricolae apprehēsis seruis qz multi reges et sacerdotes p̄phetas sibi missos a dño turpiter p̄prehēdentes. male tractauerunt et occiderunt. Itē misit alios seruos plures prioribus. multiplicando. s. p̄phetas ad populi correctionē. et fecerūt eis similiter. quia ip̄i ingrati deū inhonorauerunt. et similiter illas p̄phetas p̄secuti sunt et interfecerunt. S; nouissime. i. in ultimis temporibz misit filiū suū pro nobis incarnatū. quē heredem vniuersorū et principem agnoscētes. eiecerūt extra vineam. negando. vel quia extra portā hierosolimorū: occiderunt crucifigēdo. volētes habere hereditatē t̄palem scz possessionē. cogitabant enī intra se. si istum populus habeat dñm. necesse ē ut amittamus p̄suetudinē hostiaz. que ad n̄m p̄ata est lucz si autē occidamus eū. sic semp̄ tenebim̄ p̄suetudo offerendaz hostiaz. et sic fiet nostra possessio. et erit nostra hereditas. Venit autē dñs ad iudicandū. et istud factū vindicandū. quāto ex eius ordinatione venit p̄tra eos exercitus romanorū

et malos male perdit. quāto ciuitatem et templum p̄ romanos destruxit. ac pplm occidi et captiuari fecit. **N**el hereditas xpi est ecclesia. quā iudei p̄cipue moliebātur. dum fide eius extinguita. iusticiā que ex lege est: p̄suadere gentibz conabatur. **H**ec fecerunt. ut sic ingrati mali male p̄bantur. et merito dāpnentur. et ab eis regnū dei. s. xpc scriptura sacra seu scripturaz intelligentia. fides. ecclesia. et vita eterna auferat. et hoc p̄tinet ad iudeorū reprobationem. sed quod sequit̄ p̄tinet ad gētilium p̄uersionem. et vinea ecclesie locetur alijs agricolis. qz ecclesiā suā xpc regendā tradidit aplis. et alijs discipulis. qui reddāt ei fructū temporibz suis. qz ad p̄dicationem eorū crebuit multitudo gentiū. vel regnū celoz betur alijs. s. gentibz ab oriente et occidente ab austro et aquilone venientibz. qui facient fructū cordis credēdo et oris cōfiteendo et opis seruiendo. et corporis patiēdo. et recubent cū abrahā. ysaac. et iacob in regno dei. et ip̄i iudei eijciētur in tenebras exteriores. **M**istice totū p̄t exponi de ecclesia hoc modo. qz hō. i. xpc. plātauit vineā. i. ecclesiam sanguine suo. et de latere suo formatā. in qua tot sunt differentie palmitū quot differentie hominū. et circūdedit ei sepem. i. euangelicā doctrinā vel angelorū custodiā. et fodit in ea torcular. i. crucē xpi vel martirū patientiaz. et edificauit turrim. s. m̄sem xpi. vel p̄templatōem xpi p̄fessorū et doctorū. vel fidem. de qua ecclesia se defendit p̄ hostes. et locauit eā agricolis. i. p̄latis. quorū varijs ministerijs regis et gubernat. et p̄fectus ē. ut supra exponit̄. et misit suos. i. bonos ad arguēdū malos. et alijs ceciderūt et alios occiderunt. ut patet de multis. Deinde mittit xpc filius inuisibiliter a p̄re. quando aliquē instigat ad bonū: sed aliqui sūt ingrati. eius instinctum non solū repellētes: s; etiā pessime agētes. p̄p̄ quod quantū in eis ē: occidūt eum. de quibz dicit aplūs. rursum crucifigētes filiū dei. et sic ex dei iusticia p̄buntur. et vinea alijs locat̄. cum eorū loco boni subrogātur. **P**otest etiā p̄ vineā istam intelligi anima rōalis homini p̄ deū locata. qz ab hoc infūdatur corpi. ut ip̄o mediāte fructū bonorū opm faciat. et multa merita acq̄rat. que bona facta p̄ hominē sūt tāq̄ vites. Et in quolibet bono hoīs siue sit bona cogitatō. vel bona opatio. vel locutio: crescūt q̄nq; vites. quaz quatuor remanent hoī. quinta vō d̄bet̄ deo. q̄ vites sūt cordis iocūditas. culpe remissio. eterne mortis vitatio. eterne gl̄ie acq̄sitio. q̄nta vites ē gloria dei. istā nō nob̄ s; deo dare debemus. **P**ot insup exponi de religione. c. fūdatio. est maxime ī triplici voto: dī diuina plātatō. sepes regula et p̄stitutōes. torcular lectō et studiū scripture. turris p̄dicatō. agricolaz locatio p̄latūz p̄fectio ē. felices qui bñ colūt et n̄ negligūt. augēt. et nō diminuūt. p̄seruant et nō destrūūt. Quilibet etiā n̄m de p̄lo est vinea. et idem ē etiā cultor. quilibet enī n̄m colit seipm̄. **U**n̄ d̄cio. Locata ē aut nobis vinea. et locata

De inuitatis ad nuptias

est ea pditione. ut reddamus fructus dño tpibo
suis. et sciamus unoquoq tpe qd oporteat nos
vel loqui vel facere. **P**rincipes aut sacerdos
tū et scribe et pharisei pgnoscentes q de ipsis
dixerit pabolā istā. voluerūt eū qī mendacem
tenere ad occidendū. s3 diuine reuerētie huma
nū timorē pferentes. et timētes turbas. non p
cesserunt in factū. qm turbe sicut pphā hēbāt
eū. Sed quē nunc turbe qī pphā hnt et colūt.
postea ptra ipm crucifige crucifige eū clamat
quia turba mobilis ē. nec in pposita voluntate
pstitens. **Ubi Cris.** Omnis homo malus q tum
ad voluntatē suā. et manus suas mittit in deū
et occidit eū. Qui em deum ad iracūdiā ex cū
re nō dubitat. qui pcepta eius pculcat. qui nō
mē eius pceptit. qui blasphemāt. qui murmu
rat ptra deū. et turbato vultu aspicit ptra celū.
qui in ira sua manus audacter subleuat p eū.
nōne si poterit fieri manus mitteret in deū et
occideret eū ut iā licēter peccaret. **Ubi nūc** ob
stinatōnem pontificū et maiōr in malo. qz au
